Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-52614-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-52614-p0002-0

1628

Wh 913

# CARMINA VOTIVA
pro
PERILLUSTRIUM COMITUM
# Dn. LUDOVICI
GUNTHERI, SAC. ROM. IMPERII QUATUOR-VIRI, COMITIS IN Schwartzburgk & Hohnſtein/Domini in Arnſtadt/ Sondershauſen/ Lohra & Klettenbergk/
SPONSI GENEROSISS.
&
# DN. ÆMYLIÆ,
COMITIS in Oldenburgk & Delmenhorſt/DOMINÆ in Jafern & Kniphauſen/
SPONSÆ GENEROSISS.
*expectatiſſimis, ſpectatiſſimisq;*
nec non
2. Non. FEBRUAR.
RUDELSTADII
*feliciter apparatis* NUPTIIS:
Quibus
& ipſa meritæ debitæq; devotionis ſuæ officia teſtantes, religioſè gratulando pariter & precando ſubmiſſim conſecrant
*autores,*
*quos cuiq; ſubnotata nomina loquuntur.*

NORDHUSÆ ANNO M. DC. XXIIX.
Excudebantur à Johan-Eraſmo Hynitſch.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
Aus d. Bibliothek des Thüring.-Sächs. Geschichtsvereins.
1893/4 G 2864
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-52614-p0003-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-52614-p0004-1

# EPITHALAMION.

POſt grave Martis opus jam nuncia læta ferentẽ
Promit ab Eöo phoſphorus orbe diem.
Gunther⁹ thalami celebrat Ludovic⁹ honores,
Qui Schvvartzburgiacæ ſtirpis honore micat.
Delitiæ cui ſunt divini numinis artes,
Cujus aperta nihil pectora fraudis habent.
Hoc pretioſa probant extructa ſacraria templi,
Hoc data pauperibus munera larga docent.
Non mercede caret pietas: nam rector olympi
Dat ſociam, quâ non majus in orbe bonum.
Æmiliam jungit claro de ſtemmate natam,
Oldenburgiacæ quæ quaſi ſtella domus.
Cujus in ore decor fulget, frons libera fuco eſt,
Et quæ virtutum ſemina cuncta tenet.
Sic DEus omnipotens illa bona plurima cõfert, Pſ. 128.
In cujus timor eſt corde, nitetq; fides.
Ergo tuam geminis ulnis complectere Sponſam
O generoſe Comes, quam DEus ipſe dedit.
Chaönias mutuo vincatis amore columbas,
Et turbent veſtrum jurgia nulla thorum.

Sæpiùs inviſat thalamum Lucina jugalem,
Ut veſtrum vigeat poſteritate genus.
Vincite vivendo longævi Neſtoris annos:
Votaq; Ter geminus comprobet iſta DEUS.

*Fridericus ab Uder,*
*debitæ ſubjectionis*
*ergo F.*

## EPITHALAMIUM.

SAlve optata dies, albo ſignanda lapillo!
Salve grata dies, fulvo pretioſior auro!
Salve fauſta dies, tædis prælustribus orta.
Te veniente Notos ſtupidum concludat in antrum
Æolus, obſcura ſine nube reluceat Æthra.
Trans Tanaim fugiat tempeſtas turbida & imber,
Pacatoq; polo facies Phœbi aurea fulgat.
O Ludvvig Gunthere Comes, præluſtris & Heros
Salve, ô Aſtreæ jubar, Euſebiesq; medulla.
Te moderante, vices inter, monumentaq; tanta
Nutantum rerum, facta eſt ampliſſima, Magno
Conſecrata DEO, nuper nova Machina templi.
Salve iterum Sponſe illuſtris, Sponſâ inclute clarâ,
Magnanimis proavis & avis, quæ nata Dynaſtis
Oldenburgiaco claro de ſtemmate. Sponſa
Æmilia ô ſalve, florens juvenilibus annis,
Virtutum ſplendor, probitatis fulgida lampas,
Spes patriæ optata, ac morum pretioſa corona.

Ambo

Ambo proſperiter ſalvete illuſtria corda,
Ambo dexteriter ſocialis fædera lecti
Pangite, Vos ſummus fortunet ab axe Gamarcha.
Diſcedant iræ, thalamo decedat amarum,
Longævi incolumes ut agatis Neſtoris annos
Sorte peroptandâ; Dein poſt feliciter actam
Annorum ſeriem, & longævæ tempora vitæ,
Ambo ſyderei capiatis gaudia Olympi.
Eſt ubi pax, mera pax, pax aurea & una triumphis
Innumeris potior, pax vera ſalusq; perennis.
Turbator pacis noſtris (proh!) dirus in agris
Mars crepat, arma crepant, totus crepat orbis & orcus,
Mors fera cuncta ferat, Vos ſed tot proſpera cingant
Momina, quot cœlum ſtellas fert, nocte coruſcans
Quot tenet Oceanus piſces, guttasve minutas.
Apprecor, en novies cum lumina Luna novarit,
Æmiliâ, illuſtri Comitiſsâ matre, tenellus
Heros naſcatur, ſimulac Schvvartzburgicus hæres,
Succedens tandem cum laude in regna Parentis.
Ut fiat, fiat, devoto corde precator,
Quisquis in hac patriâ vivis Melapyrgidos orâ.
Sed fiet, fiet; Votis quia conſonat æther.

*Chronodiſtichon.*

En FebrVarIVs eſt qVartVs; SwartzbVrgICVs Heros
(O bene) fIt SponsVs, non reMorante Deo.

*Submiſſa ac devotâ mente*
*Gratulabundus accinebat*

Hartman von Gehofen.

NVllum nigra bibunt, Aquila ut nec nigra colorem,
Nec morem mutant inveterata ſuum:
Semper ineſt eadem cunctis conſtantia nigris;
Stirpibus hoc cedunt inveterata ſuis.
Nigra virum decorant, ſubiti ſive triſtia luctus
Signa damus, ſive nos lætitiâ fruimur.
Ornant familiam, vitam poſt funera luſtrant,
Et pietas, probitas, inveterata fides.
Laudantur nova; ſæpe tamen ſub laude latent fraus
Callida & inſidiæ: his inveterata carent.
En ſic Schwartz- ac Oldenburg benè conſociantur;
Sic benè conveniunt inveterata nigris.
Inveterata nigris cedant. Hic unicus aſtus,
Mutuus, eſt Veneris, quó inveteraſcat amor.
Proſperet ergo nigris juncta inveterata per ævum
Jova: bona ut pariant inveterata nova.

Stephan Bonner L.

## THALASSINUS
## VOTIVUS ANAGRAMMATICUS.

### I.

## LUDOVVICUS GUNTTHERUS, COMES MELAPYRGIUS ET HOENSTÆNENSIS, SACRO-ROMANI IMPERII QUATTUOR-VIR.

Avd-

Ἀνάγραμμα.

EN HIC AVGVROR. HO! SPONSVS VIRTVTE INCLYTVS REQVIRIT SPONSAM VEGETI RORIS ÆMVLAM. EOS MAN EDUCIT.

II.

AEMILIA COMES OLTENBVRGIACA DELMEHORSTIANA, NOVA NVPTA GENEROSISSIMA.

Ἀνάγρ.

SORS BONA SPONSA MIHI VNITA: EVGE VENI COR MANNA GEMMA! LACTEA ROS EDET LILIA.

III.

AEMILIA (vel) AEMILIANA DELMENHORSTIANA COMES GENEROSISSIMA.

Ἀνάγρ.

EN SORS ILLA DEI, MEA SECANS ILIA, MIHI MANNA GEMMA ET ROSA. IO!

IV.

AEMILIA. Ἀναγρ. MEA ILIA.

V. L. duplicato.

AEMILLIA. Ἀναγρ. *MEA LILIA.*

ÆMI-

QXWh913

VI.

AE M I L I A.

Ἀναγρ.

I MEA LIA.

VII.

AEMILIA DELMENHORSTIA.

Ἀναγρ.

EN LEA, ROSA MIHI DAT MEL.

VIII.

EN ROSA MIHI DAT MELLEA.

IX.

I MEA, HEM ROS DAT LILIA!

X.

ÖMILIANA.

Ἀναγρ.

ALIMONIA.

Ἐξήγησις

LATINO-GERMANICA.

*En meritò Generoſarum præfigitur annus*
*Tædarum modò quem NOMINA clara ferunt:*

LVDoVVIgVs GVntherVs atqVe ÆMILIa.

GraV LVDVVVIg GVnther Vnt ÆMILIa.

Divo

DIvo Auguſtino quondam pia vota fuiſſe
Hæc tria cumprimùs fama ſubinde refert:
Humanâ CHRISTUM veſtitum carne videre;
Ac urbem Romam flore virere ſuo;
Inſuper & Paulum Doctrinæ voce potentem;
Quæ ſanè magni-ſunt facienda quidem,
Non completa licet: minimo mihi Vota fuerunt
Et tria cum Domino vota modoq́; rata.
Inde fuiſſe puto, conceſſa pia & bona, tandem
Fine ſuo ſic ſub-ſine ſequente bono.
Scilicet ante, recens, obitum concernere Templum
In patriâ eximium, quod Pietatis opus
Condidit, EN! Patriæ Clemens Pater INCLYTUS Heros
Sumtibus immenſum; ut tempore plura ſuo.

Et

Was Auguſtinus hat vorzeiten im Wunſch geführet/
Das wird noch heut zu tag gar offt und viel berühret/
Chriſtum zuſehn im Fleiſch/ Rom bey jhrm beſten Standt/
Sanct Paulum wenn er vff der Cantzel frewdig ſtand.
Der Wunſch iſt dreyerley/ in ſeinem werth gelaſſen/
Deß doch der heilig Mann nicht iſt gewärt dermaſſen.
Ich als der wenigſt weiß/ was unter andern mir
Geſchwebet hat im Wunſch und hertzlichen Begier/
Hoff nicht daß ich hieran hab ichts unrecht begangen/
Weil durch Gott iſt erfüllt mein dreyerley Verlangen:
Daß ich noch vor meim End im lieben Vaterland
Möcht ſehn die newe Kirch/ und was daran gawandt
Des Landes Vater mild/ Gott dem HErrn ſelbſt zu Ehren
Mit groſſen Koſtn erbawt/ wovon gönnts Gott mit mehren/

*Et potiora, Dei nutu, benè poſt æternet*
*Hæc pretioſa, precor, Machina ſacra diu.*
*Machina ſacra Deo! jamnunc annecto ſecundum,*
*Quod fuit in votis, nempe videre meam,*
*Præ Kelbrâ miſerâ, quæ non miſeranda ſat unquam,*
*Quam, ni mutetur, tota ruina manet,*
*In reditu patriam meliori ſorte vigentem,*
*Dante Deo, patriæ ſoſpite patre pio.*
*O DEUS Hunc patriæ ſerves, nos hic & Eidem*
*Reddas, quos miſeros, proh! miles exagitat.*
*Quin Illum officio, quod Te mandante ſubivit,*
*Quos dare vult tutos, ut quoq; rite queat.*
*Gratulor Euge! bonum hoc patriæ, tibi Kelbra tuiſq;*
*Jam poſtliminiò devoveoq; ſimul.*
*Quin & Fata ſecunda ſecundent, oro, ſecundum*
*Hocce meum votum: tertium & inſequitur.*
*Ordine poſtremum, neutri ſed pondere cedens,*
*Jurârim primas jura tenere ſuo.*
*Quippe patris patriæ Sponſam, patriæq; futuram*
*Illuſtrem Matrem cernere & ÆMILIAM.*
*In patriam veni, ſimul ac admiſſus in Aulam*
*Et Menſam Illuſtrem. quæſo quid inde? noto:*
*Sic veni ſediq; ſimul vidiq; micantem*
*Quæ patriæ, Venerem, læſit aduſq; Patrem.*
*Tantùm non læſit, COR viſcera & ILIA acuta*
*Enſe SECANS quaſi trans-fixit amoris acu.*
*Inter, Quam, vidi Comitum ſplendoris adinſtar*
*mittentem radios, Lumina clara, ſuos.*
*Quin & Eam vidi læſamq; Cupidinis arcu,*
*Ut vibrans geminus teſtis Ocellus erat.*

Sic

Da denn viel ſchöne Ding zu rühmen werden ſeyn/
Immittels Gott ich bitt/ er woll den Tempel ſein/
So jhm gewidmet iſt/ allzeit in Gnadn bewahren
Vor Schaden und Gefahr bey undencklichen Jahr.
Nun war mein ander Wunſch/ wenn einſten ich heimkem/
Daß ich liebs Vaterland in beſſerm Stand vernehm/
Denn es zu Kelbra geht/ do nur Noth/ Plag und Klage/
Vnd ſo es Gott nicht wendt/ Rein ab/ Rein ab/ am Tage/
Welchs ich nicht hofft zu ſeyn/ da LandesVater werth
Sich ſelbs befind/ durch Gott/ ſeins Standes wol gewärt.
O Gott dem Vaterland thu jhn/ und uns/ erhalten/
Daß über uns gleichsfals ſein Schutz mög wider walten/
Do denn Sein Gnad auch uns/ hilff jhm widr in ſein Ambt
Jhm von dir anbefohln/ gern ſchützen wolt allſampt/
Kan aber leider nicht/ der Krieg thut es urſachen/
Vnd frembde Macht vor alln uns wüſt und fertig machen/
Wie nun meim Vaterland gönn gerne beſſer Ruh/
Alſo dergleichen dir ich hertzlich wünſchen thu
Kelbra verderbt hülffloß/ Gott woll ſich dein erbarmen/
Bald wider helffen dir unter Eignes Herren Armen/
Deß künfftig Ehgemal/ lieb Braut LandsMutter trew/
War auch mein Wunſch zu ſehn/ das ſind die Dinge drey/
Dern von Gott ich gewärt/ voraus geſehn zum dritten/
Fräulein ÆMILIAM, von Chriſt-Gräflichen Sitten.
Denn als ich kommen bin nach Hoff/ ins ſchöne Schloß
Gezogn an Gräflichn Tiſch/ das war je Gnade groß/
Acht doch noch höher/ daß untr andern hohen Standes-
Perſonen war zuſehn/ die mit Liebspfeil des Landes
Herrn Vater hart verwundt an Hertz und Eingeweid
Mit jhren Aüglein klar/ ſo der Lieb anzeig beyd/

*Sic veni vidi, poſt altâ mente revolvens*
*Votum, hinc inde, meum nunc reor eſſe ratum.*
*AVGVROR hinc Bona lætus ovans, quod faxit JESVS*
*Gratulor ut Sponſis Nominis Augurium.*
*Scilicet* AVGVROR HÎC, SPONSVS VIRTVTE REQVIRIT
INCLYTVS Hò! SPONSAM DVCIT & ÆMILIAM.
*Sic moderante DEO; Fato Connubia fiunt,*
*Sic benè conveniunt, Nomen & Augurium!*
*Jam ſanè eximium Virgo gerit Inclyta Nomen,*
*Quam Generoſus amans, ducit ad inq; torum,*
*Nimirum* **Ludwig Günther** *Schvvartzburgicus Heros*
*Imperij Quatuor-Vir gravis atq; Comes;*
*Et patriæ Pater & Comitatus unicus Hæres,*
*Rudelſtadenſis Lineæ, & unus Apex.*
*Vt memini, Æmiliæ Nomen gerit Inclyta Virgo,*
*Quin inſigne ſimul Nominis omen habet.*
*Quippe benè Æmilia, annon ÆMVLA jure vocetur,*
*Si ſpectes Etymon, ſicq; cadente ſono?*
*Æmula non equidem Dinæ, non Æmula Vaſthi,*
*Quam Scriptura levi ſtringit utramq; notâ:*
*Æmula nec Circæ, neq; Æmula Thaidis, abſint*
*Hîc tales mores, talia monſtra procul!*
*Æmula ſed Saræ, ſed & Æmula gnava Rebeccæ,*
*Quam Scriptura gravi ſignat utramq; notâ.*
*Æmiliæ quin Romanæ ſimul Æmula trinæ,*
*Quam curru laudis Scripta profana vehunt.*
*Nempe probâ pietate, piâ probitate, fideq;,*
*Candore & formâ, laude pudicitiæ.*

Geſtalt gleichsfals verwundt/ Hochwolgebornes Fräulein/
Die Vier-Gräffliche Braut/ Herrn Bräutgams einig
Schätzlein/
Das ward allda erblickt/ alſo mein Wunſch erfüllt.
Worauff was ich wünſch mehr/ mach wahr HERR
JESU mild/
Wenn man nun recht bedenckt DER Hochverlobten Namen/
Nimt Tugentreicher Held Ein/ die ſtimt wol zuſamen/
Mit Jhm/ an Tugent gleich/ nach Gottes Willen fein/
Alſo der Namen Art trifft beyderſeits wol ein.
Da denn denckwürdig iſt der Nam/ den rühmlich führet/
Hochwolgeborne Braut/ welchs Gott alſo regieret/
Daß dieſelb zum Gemahl/ der gleich Hochwolgeborn/
Herr Ludwig Günther Vier-Graff des Reichs auß-
Er iſt der einig Erb/ und Vater ſeines Landes/ (erkohrn/
Nimpt ſich drumb billig an des erbawlichn Ehſtandes.
Nun wie gedacht der Nam/ der ſo nachdencklich laut/
Heiſſet Æmilia/ den führt die Gräflich Braut.
Da traun gar mercklich wol ſteht Nam und That beyſamen/
Weil der Nam deutet an/ gleich ähnlich ſeyn/ nachahmen/
Zwar in der Boßheit nicht/ und in dem das nicht gut/
Als Dinæ Vnzucht war/ und Vaſthi ſtoltzer Muth/
Nicht Circes Vnart groß/ und Thaidis Vnweſen/
Von denen nicht viel guts in Schrifften iſt zu leſen/
Sondern der Saræ gleich/ Rebecken ähnlich fein
An Tugend/ in der Schrifft/ wie Sie gerühmet ſeyn.
Auch gleich Æmilien/ den dreyen Römerinnen/
Berühmt den Heyden in Tugentlichen Beginnen/
Voraus an Gottesfurcht/ an Glaubn und Frömmigkeit/
An Schönheit und Auffricht- an Zucht und Erbarkeit/

Æmula quæ porrò RORIS, ſeu ruris opimi
Et VEGETI riguo RORE madentis agri,
Largifluo mandata ſibi, qui, fœnore fundit
Semina, cui Similis ſit Genialis Humus.
Et rubea EDVCIT ceu MAN, aurora vel EOS,
Sic Genialis Humus pignora grata ferat.
Grata DEO, Patri, Matri, Patriæq́;, Parentis
Inſtar, quêis curæ Relligio Regio.
Rudelſtadenſis Schvvartzburga propagine rurſus
Vt creſcat propriâ, LINEA clara ſuâ.
LInea cujus Apex HIC Sponſus unicus Hæres
A quo ducatur, Linea longa precor.
Linea chara DEO, Status Imperijq́; ſacrati
Subiectis Patriæ Linea grata ſimul.
Hinc meritò ſpe lætus ait Sponſus: MIHI SPONSA
Corde VNITA veni, SORS BONA! SPONSA venit:
Euge veni COR, MANNA meum, MEA LACTEA GEMMA
ROS EDET, Dominus LILIA grata dabit.
I MEA, quò LIA Te, promtam Te vota ſecundum,
Nunc modo Fata trahunt, Fata benigna DEI.
Ecce præibo, ſequare modò, devotus ad Aram,
I MEA, promta veni, Mî peramata LIA.
EN MEA dextra, fides! Reliqua & ſunt cuncta parata,
Tàm ſacra, quam Tædæ, publica, priva, veni.
Euge veni LIA chara MIHI, generoſa propago
Delmenhorſtinæ GEMMA, Corona Domus:
I LIA chara veni, MEA ſis Generoſa Virago,
Et Schvvartzburgiacæ fida Columna Domus.

EN

Zu dem auch ehnlich fein dem Taw/ odr einem Acker/
Der feucht und wolgewart bringt ſeine Frucht gar wacker/
Mit reichem Vberfluß. O daß Gott ſegnen thet
Alſo gewünſcht zur Zeit das Vier-Gräflich Ehbett/
Vnd wie die Morgenröth frůtags thut mit ſich bringen
Das lieblich Man/ alſo Oelzweiglein draus entſpringen/
Vornemlich Gott zu Ehrn/ den Gräflichn Eltern beyd/
Den Hochverwandten alln zur Hertzens Luſt und Frewd/
Der wahrn Religion/ und lieben Vaterlande/
Den Vnterthanen ſampt zu Schutz und ruhign Stande/
Daß wider wachß/ grün bleib die Rudelſtädter Lin
Schwartzburg Vier-Gräfflin Stamms/ biß an der Welt
End hin.
Der Stam uhralt/ Gott lieb/ iſt im Reich viel geſchätzet/
Ein hoher Stand/ deß ſich das Vaterland ergetzet/
Daher erfrewt ſich nun Bräutgam Hochwolgeborn/
Redt an die Braut/ die ſein Hertz einig außerkohrn:
Ey kom her liebes Hertz/ mein Edelſtein/ mein Roſe/
So mir GOTT gibt/ der Taw und Erd aus Ihrem
Schoſſe
Bring Lilien und MAN/ o kom mein LEA lieb/
Folg Gottes Willen gern/ dein Hertz an mich ergib.
Nun ſieh ich geh' voran/ andächtig und gantz willig/
Folg und tritt mir zur ſeit/ als liebſte Braut/ wie billig/
Sieh mein recht Hand/ mein Trew/ mein Hertz iſt gantz bereit
Sich zuvermälen dir/ kom Hertzlieb es iſt zeit.
Ey komm du ſchöne Cron des Delmenhorſten Hauſes/
Geborn von Oldenburg/ beym Schall des lieblichn Sauſes
Der Frewdenſpiel/ Ey kom zum Gbet und Wortes laut/
Das Gott redt/ und dadurch zuſammen uns vertrawt.

Sein

*EN MEA, confiteor cor viſcera & ILIA acuta.*
*ENSE SECANS veluti, læſit Amoris acus.*
*Eccur non fatear? SORS ILLA DEI MIHI Dextrâ*
*Contigit, hac potiar, vulnera non patiar?*
*Imò lubens, MIHI Jò! cum ſit MEA GEMMA medela*
*Ac ALIMONIA, quin MANNA malagma meum.*
EN LEA DAT ROSA MEL, MIHI *ſic* DAT MEL-
LEA, *Veris*
HEM ROS, I MEA DAT LILIA, *Amica veni.*
*Ecce venit, Pater ô patriæ, quod faxit JESVS*
*Talis Sponſa ſiet, Nomen ut omen habet!*
*Ecce venit quoq; Sponſa Tuus, ſit Talis & Ipſe*
*Quod precor & reprecor, Nomen ut omen; AMEN!*

Seyn mein Gemahl/ nebnſt mir auch des Schwartzburgiſchn
Ein ſtarcke Seul/ und reich Vermehrerin des Standes. (Landes
Jch bkenn daß mir mein Hertz v. Eingeweid verwund/
Du abr mein Edelſtein machſt wider mich geſund.
Du biſt mein Artzeney/ mein Himmelbrodt das ſchmecken
Recht wol/ und mein Erbtheil/ das Gott mir thut entdecken.
Nu gibt mir LEA Roſn/ und ſüſſen Honigſeim/
Der Taw bringt Lilgen weiſz/ O komm mein Schatz
nicht ſeum!
Wolan Sie tritt herein in Jhrer ſchönen Zierde/
Des Herrn Bräutgams Hertz zu gwären ſeine Begierde/
O gib HERR JESV mild/ bitt ich im Namen dein/
Daß an Bräutgam und Braut/ was gwünſcht mög
AMEN ſeyn!

M. Nicolaus Albanus.

HAL-

# HALCYONIA SCHVVARZBURGO-DELMENHORSTICA.

*IN fœdus coëunt genialis flumina lecti*
*Delmenſe atq; Nigrum,* CHRISTE *rogate juva:*
*Sic hyemes* ludovincant *hæc* æmula *nidi*
Halcyonum, *ſtet eis* Halcyonea *quies!*

EIn Freund zum andern kömpt/ ſo Berg und Thal nicht pfleget
Zu thun/ ein Sprichwort geht: das wird hier widerleget/
Da jetzt zuſam̃en kömpt der Weiſſen Schwartze Forſt/
Vnd aus WeſtFrieſenland von fern der Delmenhorſt.
Das Wunder Liebe-Werck beliebte ſo zu ſchaffen
Den/ der die kleine Welt/ da erſtmaln ſie entſchlaffen/
Künſtlich getheilet auch/ jhr zwey daraus gemacht/
Dann ſie/ wie Berg und Thal/ in eines widerbracht.
GOTT ſelbſt hier Meiſter iſt: zu einen und zu pahren/
Denn er allein vermag ſo zwey und eins vorwahren/
Durch jhn fängt jedes an/ und höret wider auff/
Wie ſeiner Weißheit Rath regieret deſſen Lauff.
Gott die Zuſammenkunfft laß jhm ſo fort gefallen/
Vnd ſeine Gnade ſie/ in ſteter Freundſchafft wallen/
Dieß Winters Sturm abſtell ſein Will' und ſtill' erweck/
Mach' als ein ſtarcken Felß im Meer die Burgk Deideck/
Damit das Edle pahr und Dorſt der Halcyonen,
Vnd nach jhm ſein Geſchlecht in ſtiller Ruh' da wohnen/
In Ruh'/ ſolang jhr Gold führt mit ſich jhre Schwaartz/
So lang vff jhren Forſt die Fichten ſchwitzen Hartz.

So lang die bundten Fiſch' in jhren Waſſer ſtreichen/
So lang die ſchnellen Hirſch' in jhren Büſchen ſchleichen/
So lang der Schwartze Forſt die grünen Dannen tregt/
So lang der Lufft jhr Volck ſein Horſt vff ſelben hegt/
So lang die friſchen Bäch' aus ſeinen Bergen quellen/
So lang der Waidman nicht vergiſt ſein Vogelſtellen/
So lang die Jäger Burſch die Waidſprüch üben thut
Zur Kurtzweil/ und iſt laut von Halß'/ und Horn gleich gut/
So lang dem Schwaartzen Strom das rauſchen nicht wird feh-
So lang Er und die Saal zuſammen ſich vermählen/ (len/
So lang ſonſt Berg und Thal nicht endern jhre ſtet!
Wünſch' unterthänig ich mit ſingen und Gebet.

Heinricus Albanus.

---

*DOcta Maronéis meletemata condier orſis,*
*Grande laboris opus, gamico depoſcit honori*
*Lecta, & feſta dies, quâ SWARTZENBVRGIVS HEROS*
*GENTE OLDENBVRGA conjungitur HEROINÆ!*
*Compta dabunt, quîs compta genij vis ſuppetit; aurem*
*Sed mihi, neſcio quis vellit, ſtreperâ ne Camœnâ*
*Excierim ludos, vocales inter Olores?*
*Hoc tamen affectus humilis, velut indice ſigno,*
*Æternabo meæ pietatis munia, voto:*
*Cæſareis trabeis, Aquilæq; Biroſtris ALVMNIS*
*Obſequioſe COMES, PATRIÆ PATER, INCLVTE SPONSE*
*Et TV SPONSA COMES, DOMINA OLDENBVRGICA, fauſtè*
*Dimetata thori traducite tempora DIVI!*

Caſparus Hartman Francohuſan.
Eccleſiæ Patriæ Archidiaconus.

ILLU-

ILLUSTRIBUS
COMITIBUS SPONSIS
Dnn.
Dn. LUDOVVIG GUNTHERO
in Schwartzburgk ꝛc.
Dn. ÆMILIÆ in Oldenburgk ꝛc.
hoc Tetraſticho:

VT Schwartz- ac Olden- ſociat ſe ſyllaba Burgk: ſic
Ludvvig & Æmiliæ ſe ſociavit amor.
Hocce ſodalitium fortunet ſummus, ut ex hoc,
Ipſorum creſcat ſtemma, ſalus Patriæ.

Ex humilima devotione gratulari
debuit

Nicolaus Geltner ex Sal. Franc.
inibiq; Præfectus Schvvartz-
burgicus.

ÆNIGMA NUPTIALE.

WEil d' Olde groſſe Mutter zu der friſt
Nunmehr von obn herab geſchwängert iſt/
Vnd alſo durch Gotts Gnad zubereit/
Daſz ſie gebären wird zu rechter Zeit:
Alſo wird von derer Töchter einer bald
Beginnen zu ſchmettern der Thüringer Wald/

Zumaln wenn man wird da vernehmen gnaw/
Daſz einſamlet die Old/Wacholder=Fraw
Ihr Kräuterlein/ darmit zu erfrewen gantz
Die Zwey/ ſo jetzt führn den erſten Tantz.
Helffs GOtt! wenn man die Schwartzblaw/roth/ grün Frucht/
Von den Olden/ kleinen Bäumern ſucht.

N. G. F.

DIxerit haud falſum, *voto non vivitur uno*,
Si quis; notum etenim, quòd ſit ſua cuiq́; voluptas:
Nec falſus, ſi quis, *voto nunc vivitur uno*,
Dixerit; aurea nam rerum pax optima nutrix
Omnibus in voto eſt; idq́; experientia teſtis,
Fatidicûm luſtrans avidè monimenta virorum,
Ventura expectans cœli prænuncia ſigna
Aſtrigeri bona, ceu cujus ſit maxima virtus,
Approbat, utq́; ſient *voto nunc dicitur uno*.
Sicut enim mala ſuntq́; mali certiſſima ſigna
Saturno contrà ſi ſit Martis poſitura;
Sicq́; boni bona ſunt contrà prænuncia nobis
Solq́; Venus, quorum ſi ſit conjunctio blanda.
Comprobat & teſtis *Comes* eſt *Generoſus in Hohnſtein*
*Et Schvvartzburgk, Dominus Ludvvigk-Guntherus, in aulâ*
*Romani Imperij quatuorq́; Dynaſta virorum*,
*Cujus*, ceu Solis, pietas, heroica virtus
Totius Imperii conveſtit lumine terras
Perq́; omneis ſe effert radiis illuſtribus oras:

*Cui*

*Cui* jungenda venit Venus OLDENBURGICA, multùm
Præſtans hæc reliquas virtutis lumine ſtellas,
Et multùm generis, propriâ & ſplendore coruſcans;
*Quem* Patriæ nemo dubitat nunc dicere Solem:
*A quo* ad nos ceu Sole poli bona multa redundant:
Hisq; novis nuptis, *uno nunc vivitur*, ut ſit
Corporis ac cordis felix conjunctio, *Voto.*
Omnibus utq; futura ſient prolifica ſigna,
Atq; boni bona ſic nobis prænuncia ſigna.
*Faxit JOVA DEVS! voto nunc dicitur uno, &*
Facturum Jovam, *voto nunc vivitur uno:*
*Dicitur atq; meo*, bona ſint connubia, *voto*!
AtqVe Meo DebIto Voto nVnC VIVItVr Vno!

ſubjicere voluit
*Johannes Cygneus*
*Paſtor Sehuſanorum.*

ANnibal ad portam ſedet, ac Bellona cruenta,
In nos obſequium commodat omne ſuum.
Tantali & ut ſaxum Cervicibus imminet, hæret.
Noſtris diſtrictus mucro ſuper jugulis.
Eſt ſine ſudore, aut ullo ſine ſangvine, figit,
Externus ſtabiles hoſtis ubiq; gradus;
Dum nos ſperando bona, & omnia ſcæva timendo
Liquimur, ut tactæ vere repente nives
Ocia ſecuræ trahimus, quin torpida pacis,
Temnimus, & Martis cruda Satellitia.

Nec palpamus adhuc craſſi tectoria fuci,
Lingvaq; quas fraudes lurida felle tegit.
O Cœlum! ô Tellus! ô Νευει vitrea regna!
O Dea Pandoræ pixidis ima fovens!
Quando erit illa dies, quando illud amabile temp⁹,
Ad nos quum referet pax atavita pedes?
Quando animo unanimo adnitentur, ut horrida Enyo
Ad triſtes abeat diti Acherontis aquas?
Tunc erit, ut rurſus benè delicientur ovantes
Quorũ animos excors nunc malè mœror habet;
Quiq; velut Zephyro trepidat, quum fraxina Virga
Uſq; inter dubii ſpemq; meumq; tremunt;
Et miſeræ ærumnæ curæq; in continuo æſtu
Tempora lucis agunt, tempora noctis agunt.
Tunc tutò quivis Hymenëia Carmina dicet,
Et faciles ducet mente lubente choros.
Nunc quoq; Jova trucis furias Mavortis & iras
Comprimat, ut thalami gaudia inire queas
O Generoſe Comes! abſint Briareïa monſtra
Harpyiæ, Calpe quas alis occidua;
Quis licitum impune eſt, jam nunc agere undiq; prædas
Ungvibus in curvis, glutineoq; pede.
Alma tuum lætis thalamum pax ambiat alis
Quæ ferat innumeris gaudia mille modis;
Sive diem nitidum Solis quadriga coruſci
Seu noctem pullis Luna reducat equis.
Cum Sponſa Pylios vivas feliciter annos
Blanda Charis veſtros excubet ante thoros
Tot quondam ex vobis ſeros numerate Nepotes
In gente illuſtri, quot numeratis Avos,

Sic

Sic veſtris redeat renovatrix gloria terris
Pax ſit amica Choro, pax ſit amica Foro,
Pax ſit amica Thoro, faciat, qui TRINUS & UNUS
Æternos ſuperâ vivit in arce dies.

*Debitæ ſubjectionis ac fauſtæ apprecationis ergò*

*Georgius Rieman Paſtor Eſperſtetenſis.*

SAlve *lux inſignis, lætificans diesq́; ſalve,*
*& Tyrio lux murice digna,*
Schvvarzburg-Hohnſteniũ Comitũq; *inſigne* ſtemma ſalve,
Oldenburga Domus *quoq;* ſalve.
*Abſit Eris, bonus adſit Eros, timor omnium faceſſat,*
*nullubi ſignet nubila gyro.*
*Lesbia Nyctimene, nec Tartareâ propulſus Orphne*
*Aſcalaphus miſerabile guttur*
*proferat, aufugiat non-feſtiva & ferox Megæra,*
*obmuteſcant Evmenidesq́;.*
*Tu Latona diem ſpargas præſtantiore comâ,*
*blandius adſurgantq́; caballi;*
*Longius ac abeant nubes curæ graves, metusq́;*
*in ſellas riſusq́; jociq́;*
*Horum deſideant, Veneres omnes, pij ſalesq́;,*
*ſcomma, voluptatesq́; perennes.*
*Sed juvenum cætu dum Vrbis ſervent Domusq́; poſtes;*
*nos breviter reveremus amorem.*

Omnia

Omnia caſtus amor vincit, tolerat, facit libenter,
deprimit & quoq; ad æthera ducit.
*Principio Jovæ percuſſit pectus ipſe thyrſo,*
*atq; chaos diſcernere mixtum*
*Permovit, glomerare orbem, mirè creare mundum,*
*omnia caſtus amor penetravit.*
*Caſta Venus dulci thalamo terram polumq; jungit,*
*vere novo quod montibus humor*
*liquatur, Zephyro pingvis quoq; gleba ſe reſolvat,*
*quod redeant volucres, philomela,*
*infelixq; ſoror Progne, Progne fidele Sponſum*
*Biſtonij Terei, redeatq;*
*Caſſidda humanas cantu quæ diſſipet nefandas*
*curas, triſtes exhilaretq;;*
*Hippotades lenem Zephyrum mittat ſuis ab antris,*
*& Zephyrus levis advolet alis;*
*Quodq; ſuos iterum Clitie, curſus ſequuta Phœbi,*
*depromat flores bene olentes;*
*Brachia quod ſoleat Daphne curvare, quodq; Smilax*
*Appulus his ſe ſe & Crocus addant;*
*Tytirus utq; ſuum calamum ſæpè ocioſus inflet,*
*ingeminans Galathea venito;*
Omnia conſequitur Venetis ſinceri amoris ardor;
ergo nos cedamus amori.
*Mopſopius Juvenisq; novo temone quodq; jungens*
*Sole Dracones donet ariſtas;*
Omnia conſequitur Veneris ſinceri amoris ardor;
ergo nos cedamus amori.
*Tygribus Armeniis poſt vectus quodq; largus adſit*
*Bromius & det dona Lyæus;*

Omnia

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-52614-p0026-3

Omnia conſequitur Veneris ſinceri amoris ardor;
ergo nos cedamus amori.
*Et quod, quando riget multum gelidis hyems pruinis,*
*lignum poſſit pellere frigus;*
Omnia conſequitur Veneris ſinceri amoris ardor;
ergo nos cedamus amori.
*Ergo cui eſt licitum urat: Syrenes tamen canoras*
*Theſſaliæ fugiat, quæ Acheloia*
*aſſiduo reſonat cantu, & miſeros trucem charybdim*
*nautas inducit perimitq́;.*
Schvvartzburg-Hohnſtenium *corbita venit vadum petitum*
*deſerit &* Comiti *Heſperus Oetam,*
*Jungitur digna viro quia blando blanda* Nympha Nympho.
*En Leo! jam veniunt ad pocula Damæ.*
*Digna* Comes *merces, & ſi* Tibi *fata dent labores*
*ærumnoſos Herculeosve,*
*Juno injungat vel ſi magnos perpeti dolores*
*fortis Abantiadæ, ſive contra*
*robur Alexicacæ, Meroes aut ſuſtinere plagas,*
*aut ſtygiis concurrere monſtris.*
*Nunc* Tibi *ceſſerunt, quæ profert Temeſe metalla,*
*aut Hermus cum flumine jactat.*
*Omne odium fugiat, fugiant hinc impetus Erymnis*
*Tiſiphone abiiciatq́; colubros.*
*Cynthia abhinc decimum menſem partu appropinquet ipſa*
*ſed parcat Lucina: DEVSq́;*
*O DEVS His Nymphis faveas! & ſumma da ſororum*
*Clotho attingere Neſtoris annos!*

Humilimæ ſubjectionis & debitæ gratulationis
ergo adjicere voluit
M. Johannes Heinricus Magdeburgk/
Scholæ Francohuſ. Rector.

CUm combinaſſet mundi plaſmator & autor
Ordine principio cuncta creata Deus.
Condidit ac hominem primum de pulvere terræ
Junxit eiq; Hevam poſtmodo conjugio,
Hoc addens: Vos creſcite, progenerate nepotes
Semine pupificô rite replete ſolum.
Quilibet orbicolus ſollemnia vincula ſervet
Conjugii, propter ſtupra & adulterium.
Nunc quoniam illa dies albis ſignanda lapillis
HEROS qua noſter cœlica juſſa facit.
Proin DEUS omnipotens cæpta hæc Hymenæa ſecundet,
Sit veſtro præſens ipſe Gamarcha toro.
Nulla petant veſtram Generoſam triſtia vitam,
Sit cum prole torus, nec ſine pace domus.

Georgius Bambergk
Scholæ patriæ Conrector.

*PLaudite Pierides, quoniam nova gaudia veſtro*
*Venêre Favitori!*
*Plaudite ſub Schvvartzburgiaca qui degitis umbra,*
*cùm plaudat Imperator!*

*Plau.*

*Plaudite turba Chori, Nutrix nam veſtra jubenti*
*Obtemperat Jehovæ!*
*Plaudite turba Fori, Themidem quia Legislator*
*Plantare veſter audet!*
*Plaudite turba Tori, vobis Caput eſſe cupit par,*
*Tædas quoad jugales!*
*Et quæ gens ſubjecta ſui gaudere recuſet*
*Felicitate Regis?*
*Nulla niſi amens ſit, cujus ſtupor occupet artus.*
*Nos gratulamur æquè.*
*Aſt quis miretur, Patriæ Pater, hactenus ob quid*
*Caſtum egeris Joſephum,*
*Et jam Conjugij ſubeas ſacra vincula? mirum*
*Id eſſe, dico, nullum:*
*Exemplum Tua cùm Clementia ritè Joſephi*
*Sit Cælibis ſecuta.*
*Non tantùm, ſed &, ut Sponſam ſibi junxerit Aſnath,*
*Parentis ut mariti.*
*Nam, Generoſe Comes, placuit Tibi vivere quoſdam*
*Tum cælibem per annos,*
*Donec amans Sponſam, Generoſo è ſangvine natam,*
*DEO volente, dux'ti;*
*Ex Sacris doctus: ſine compare ducere vitam,*
*Bonum nec eſſe poſſe*
*Nec debere Homini; non tam ratione relicti*
*Sui ipſius, quàm Ihovæ;*
*Quì Legem ſanctam vult hanc: Vos creſcite adulti*
*Multiplicaminiq́;.*
*O ter felicem, meditantem Dicta Supremi,*
*Servareq́; hæc ſtudentem!*

*Sed, Clemens Comes, antiquo de ſtemmate* Schwartzburg/
*GVNTHERE LVDOVICE,*
*Non minùs, autumo, ab* Oldenburg *Generoſa Virago*
*Civit tuum Umbilicum.*
*At cùm conſvetudo vetuſta, ſimulq́; venuſta*
*Offerre dona Sponſis:*
*Quæ Tibi dona feram, cujus tam curta ſupellex?*
*Quid, haud ſcio, ferendum!*
*Non Diadema queo, nitidum nec ferre Caballum,*
*Nec aureum metallum.*
*Quid tum? devotum, per humillima viſcera fotum*
*Votum, Sacro ſacratum.*
*En DEVS Abrahæ, Thalami qui fautor & autor,*
*Junxitq́; par amantùm*
*Sponſum cum Sponſa, Vos ſanos ſecula multa*
*Senis Pyll reſervet:*
*Et faciat pulcrâ Vos lætos prole Parentes,*
*Torumq́; ſæpe ditet*
*Munere eô veſtrum. Velut & Te, Sponſe, locavit*
*Provinciæ Thuringæ,*
*Vt Patriæ Patrem: ſic ſerâ prole benignus*
*Beet Domûs Parentem.*
*Hinc Vobis blandæ neptes, blandiq́; nepotes*
*Creentur atq́; dentur;*
*Qui ſenibus Vobis tunc oſcula mille ferentes*
*Sint gaudium perenne,*
*Labentesq́; dies jucundâ fallere voce*
*Queaut ſuâ. Sed iſtud*
*Eventum non aſſequitur, niſi Caſtra locentur,*
*Arxq́; antè vincat arcem:*

Schwartz-

Schwartzburg *ſcilicet* Oldenburg; *quod credere fas eſt;*
*Namq; illius Dynaſta*
*Vir gladiô inſtructus forti, munimine multo:*
*Sed huius Imperatrix*
*Eſt Virgo timida, arx cujus munimine nullô,*
*Foſſâ niſi profundâ,*
*Eſt aliquô munita locô; quare excipit omnes*
*Ictûs profunditate.*
*Hoc quia ſcis, habitans Schvvartzburgica in arce Dynaſta,*
*Invade fortis arcem*
*Oldenburgiacam, muros aſcende ſupremos:*
*Portæ, ſcio, patebunt.*
*Tunc, Generoſe Comes, prædam captabis opimam,*
*Fuit quæ in optione.*
*Hiſce meos claudo Verſûs. Fac pondus ineſſe*
*Meis Jehova votis!*

Debitæ ſubjectionis &
gratulationis ergò

adponebat

*Erneſtus Meinhardt*
*Cantor Francohuſ.*

*Annô, quô*

LVDVICI GVntherI sInt saCra VInCLa se-
CVnDa PerILLVstrIs-GenerosI!

# Ludowig Guntter/
Deren Vier-Graffen des Heiligen Reichs/ Graff zu Schwarttſenburk unndt Hoinſtein.

ἀναγραμμ.

„ Ein feſte Burgk iſt unſer Gott/
„ Ein gute Wehr und Waffn/
„ Darrunder in der Noth/
„ Gerieglich iſt zu ſchlafn.

Es habn die Alten wol geführt/
Dieſen Reim/ welchr alſo formiert:

„ Ein Freund in Noth/ Ein Freund im Todt/
„ Ein Freund im Rücken/
„ Seind drey ſtarcke Brücken/

Zwar wann erweiſt das zarte Glück
Ein Mütterliches trewes Stück/
So gebiert es gar bald viel Freund/
Welch jhre ſtettig Diener ſeind/
Abr wenn das Mutter-Hertz verſchwindt/
Darkegn ſich ein StieffMutter findt/
Wenn die Fortun das Regiment
Zerrütt/ und bringt es ins Elend/
Daß auch wol die Todesgefahr
Sich endlich wil ereignen dar/

Da

Da laſſn ſich alle Freund verjagn/
Und wil ſein Leben keiner wagn/
GOTT ſo dann das höheſte Gut/
Der beſte Freund erhelt den Muth:

„ Ein feſte Burgk iſt unſer Gott/
„ Ein gute Wehr und Waffn/
„ Darrunder in der Noth
„ Gerieglich iſt zu ſchlafn.

Worbey denn auch der Freund im Rückn/
Behelt das Lob der trewen Brückn/
GOTT wolle Sie bewahrn und ſtärckn/
Wenn Sie würd ein Laſt vermerckn/
Auch Schwartz- und Oldenburg vermehrn/
Und beym Wolſtand ſtets conſervirn.

SBL.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-52614-p0033-2

KD1.7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-52614-p0034-7

ULB Halle 3
004 973 50X

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-52614-p0035-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-52614-p0036-8

CARMINA VO

pro

PERILLUSTRIUM

# Dn. LUDO

GUNTHERI, SAC

PERII QVATUOR-VIRI

Schwartzburgk & Hohnſte

ſtadt/ Sondershauſen/ Lohra

SPONSI GENE

&

# DN. ÆMY

COMITIS in Oldenburgk &

MINÆ in Jafern &

SPONSÆ GENE

*expectatiſſimis, ſpectat*

nec non

2. Non. FEBRU.

RUDELSTA

*feliciter apparatis* NU

Quibus

& ipſa meritæ debitæq; devotion

religioſè gratulando pariter & precan

*autores,*

*quos cuiq; ſubnotata nomi*

NORDHUSÆ ANNO

Excudebantur à Johan-Er

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-52614-p0037-4